

## 158.

*Erzbischof Hartwig von Magdeburg beglückwünscht den Herzog Wratislav wegen der ihm verliehenen königlichen Würde und ersucht ihn, den vom Bischof Benno beabsichtigten Wiedereintritt in Meissen zu verhindern.*

[Nach 1086 Juni 15.]

5 *Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 1,40.*

*Ann.: Vergl. Einl. 103 Anm. 112, 105 Anm. 126, 108 Anm. 147. S. A. 192 Anm. 112, 195 Anm. 126, 202 Anm. 147.*

Domino W[ratislao] regi gloriosissimo armis et fide erga imperatorem nostrum, quod-  
que hic excellentius est, pietate erga deum praestantissimo H[artwigus] dei gratia Magada-  
10 burgensis archiepiscopus manu dei auxiliari et brachio eius confirmari. Ex quo primum  
virtutum tuarum notitia tanquam suavissimo odore afflati sumus, semper occasionem quae-  
rentes fuimus, qua studium nostrum erga tuum obsequium probaremus. Interim placuit  
deo pro earundem virtutum merito adiutorium super potentem ponere et electum de plebe  
sua exaltare, et nos revelata divinitus nobis auricula cum Samuele implevimus cornu  
15 nostrum oleo exultationis. Ad unguendum electum domini prae participibus suis parati  
quidem fuimus, sed cum non admissi tractare supervacuum putavimus. Hoc autem pro  
certo sciat dignitas tua, quod non extremi sumus inter eos, qui fastigium virgae tuae  
honorant et qui pro statu regni tui deum assiduis precibus interpellant. Notum autem  
facimus excellentiae tuae Bennonem quondam Misinensem episcopum, sed in synodo  
20 Moguntina damnatum ad nos venisse perhibentem se a domino papa reconciliatum esse.  
Cuius verbis intendere indignum duximus, tum quia nullum certae reconciliationis signum  
a domino apostolico attulerit, tum propter Felicem tuum, immo nostrum, qui eius sedi iam  
canonice successit. Et nunc audivimus eundem Bennonem per suos fautores modis om-  
nibus conari de improvise antiquae surrepere sedi. Quapropter tuae sit providentiae  
25 conatum eius anticipare nec dare cornu peccatori, nec eo reprobato, qui ob gratiam tui  
est inthronizatus, qui iustis ex causis in Mogontina synodo est damnatus<sup>a</sup>). Pistorem, super  
quo nos rogasti, misimus tibi cum instrumentis suis et munusculis nostris, quae tuae digni-  
tati quidem non sunt congrua, sed tamen secundum pauperatem nostram pensanda. De  
cetero pro salute tua et pro stabilitate regni tui levantes orationem ad dominum dicimus  
30 assidue: Domine salvum fac regem et exaudi nos in die, qua invocaverimus te.

## 159.

*Kaiser Heinrich IV. übergibt dem Bischof Günther zu Naumburg auf Vermittlung verschiedener Fürsten, unter denen sich auch die Markgrafen Ekbert und Heinrich befinden, ein Gut zu Helfta und Schafstätt, in des Pfalzgrafen Friedrich Grafschaft Hasgethe gelegen.* **Mainz, 1088 Aug. 10.**

35 *Hdschr.: Or. (?) Perg. Stiftsarchiv Naumburg.*

*Gedr.: Lepsius, Geschichte der Bischöfe des Hochstifts Naumburg 1,230. Stumpf 2890.*

*Ann.: Vergl. Einl. 107 Anm. 140. S. A. 201 Anm. 140. In dorso: Traditio helfede et Scafstede (Saec. XII).*

158. a) Richtig: peccatori, qui iustis — — damnatus, eo reprobato, qui ob — — inthronizatus.